352 340

Actum in Curia Regia Branscensi feria secunda ante Festum sanctorum Viti et Modesti Martyrum proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo nono.

Jablonia Jankowce Donatio.

Coram officio et actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Michaelis Grodzki de Grodzkie Szczepanowięta haeres sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit Quia Nobili Simoni olim Calixti Niwinski et ipsius posteris bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate Jablonia Jankowce consisten. se recognoscen. post olim Nobilem Katharinam Jankowska genitricem suam et olim Nobilem Gregorium Jankowski avunculum steriliter decessum et alias quasvis personas iure naturalis successionis et devolutorio et alioquovis modo ac iuris titulo spectan. in areis hortis agris pratis campis silvis rubetis fluviis gaiis et generaliter cum omnibus utilitatibus quorum bonorum certas partes sibi eliberare tenebitur dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuo. Cui iam exnunc Intromission. realem cum absolute ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos quem et quos sibi conducere poterit ipso facto acceptan. dat et admittit Submittitque se idem recognoscens cum suis successoribus eund. donatorem suum sibique eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum tueri defendere eximere intercedere eliberare pacificare solusque tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non initiare sub damnis terminis simpliciter taxatis et edicendis Et coram officio praesen. Castren. Branscen. in primo successionis termino peremptorio reconventione omnibusque contra ipsius exception. allegation. dillation. motion. apellation. ac earum prosecutionibus aliisque in brevi cursum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se ille cum suis successoribus subscribere et abrenunciare sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Niwinski Quietatio

Coram officio et actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Michaelis Grodzki de Grodzkie Szczepanowięta haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilis Simon Niwinski viginti sexagenas pecuniae debiti ex summa viginti sexagenar. pecun. per olim Nobilem Adamum Jankowski olim Martini filium olim parenti suo inscripti quantum ad interesse suum spectat persolvit ideo ipsum quietat